

An non te BRUCKI dicam quoq; iure beatum,  
Qui studij & voti premia larga refers?  
Nempe decus, nomen, laudem, famamq; perennem:  
Quam praesens cumulat, non sine honore, liber.  
Gratulor ergo tuis conatibus: addoq; vota  
Votis. Sit cunctis utilis iste labor.

Gratulabundus annexuit

IOAN-GEORG. CZIGAN L. B. de  
Slupska. Nobilissimo, Politissimo,  
& Doctissimo Viro, Dn. Iacobo  
à Bruck Angermundt cogn.  
Praefecto suo amando

ALIVD.

Magnates huc ferte gradum; huc & adeste Po-  
A quib. in populos gratia larga venit. (tētes,  
Quid vos Heroum praclaro sanguine nasci  
Adiuuat? antiquum quid memorare genus?  
Ni pietate animum: propria virtute celebre  
Stemma exornetis, ni hac superetis avos?  
Flectere ni recto moderamine sceptrasciatis,  
Et regere imperio subdita regna bono.  
Tali igitur dignum cupitis qui munere nomen  
Ferre: equum vestris docere ius populis,  
Hunc pigeat parvum ne perlustrare libellum  
(Officij est quoniam regula certa Ducis.)

Sic